

passionis eius trecentis denariis aestimas: sed passionē
triginta denariis uendis; Diues in aestimatione. uilis
in scelere; Ergo non omnes eodem p̄tio emunt x̄pm;
Alio emit fortius qui ad mortē emit; Alio arriā.
qui emit ad iniuriam; Alio catholicus. qui emit ad
gloriam; Sed emit sine pecunia. secundum quod scri
ptum ē. qui non habet pecuniam. emit sine p̄cio;
Non omnes inquit. qui dicunt mihi dñe dñe. intrabunt
in regnum celorum; Et simul se nominant x̄pianos.
nomen usurpant. non omnes mercedem habent.
Et cain obtulit sacrificium. & iudas accepit osculū.
sed audiuit. Juda. osculo filium hominis tradis.
hoc ē amoris pignore scelus implet. & pacis instru
mento. odia seris. & caritatis officio. mortē irrogas.
Ergo nec arriani. sibi usurpato nomine blandiantur.
quia x̄pianos se eē dicunt; Respondebit his dñs;
Nomen meum p̄tenditis. & substantiam denegatis;
Sed non agnosco nomen meū. ubi non ē mea sempiterna
diuinitas; Non ē nomen meū qd a patre diuiditur.
a spū separatur; Non agnosco nomen meū. ubi n̄
agnosco doctrinam meam; Non agnosco nomen